

Sermo. cii.

ut dominus dignetur debitum relaxare et pre-
mia eterna condonare.

*W*hica. xxiij. post trini. sermo. f.

Abeuntes pha-

Arisei consilium inierunt ut caperent
Iesum in bethaniam. Mat. xxiij. Secūda
naturales sunt aliq̃ animalia que se sciunt sic in voci-
bus suis transformare ne ab hominibus esse ani-
malia irrationabilia cognoscant. sic ponit Irido-
rus li. xij. de hyena que est crudelis bestia lupo
in voracitate et pugna similima que circūit do-
mos per noctem et humanam vocē fingit ut pu-
tetur esse homo et sic homines decipit voce sua
Idem dicit Aristoteles li. animalium de lupo q̃
aliq̃ voces humanas emittit ut non lupo sed
homo esse videatur. Moraliter his animalibus
similes sunt omnes adulatores et simulators
qui verba humana et benigna assimulant ut ho-
mines decipiant. sicut dicit sapiens Proverb.
x. Simulator ore decipit amicum suum. id est. il-
lum qui sicut amico adulatur. iusti autem libe-
rabuntur scientia. s. per quam discernunt inter
sanctitatem et loquelam veram vel falsam. et hoc
ad litteram patet de nuncijs phariseorum et iu-
stissimo christo. Nam isti nuncijs simulatorie et adu-
latorie venerunt ad christum fingentes vocem
humanam et benignam cum dicebāt. Magister
scimus quia verax es et viam dei in veritate do-
ces. ubi s. Chryso. magistrum eum vocant ut
quasi honoratus et laudatus mysterium sui cor-
dis simpliciter eis aperiat. et hoc fuit signum hy-
pocrisis et adulationis. qz s. Chryso. proprius
est hypocritarum et inuidorum eis quos volunt
decipere dulcia verba dare. et eos laudare quos
volunt perdere. Sed christus qui s. p̃s. est ius-
tus et iusticias dilexit liberatus fuit a tali dece-
ptione. diuina scientia quando nequiciam eorum
cognouit. et hoc figuratum fuit. iij. Regū. xiiij.
ubi legitur. Ieroboam misit uxorem suā ad Aby-
am prophetam filio suo egrotante dicens. Du-
ta habitus ut non cognoscaris et vade in silo ad
prophetam Abyam ipse indicabit tibi quid ven-
turum sit puero. Sed propheta diuinitus inspi-
ratus uxorem Ieroboam cognouit quia oculi
eius caligassent. et ait ingredere uxor Ieroboam
quare te aliam simulas vade et dic Ieroboam
hec dicit dominus. Delebo de domo eius usq̃
ad mingentem ad parietem. Quod vno modo
intelligitur canis. Alio modo infirmus et debi-
lis qui iuxta lectum non potest mingere nisi ap-
podiet se ad parietem ut sit sensus. Si percutia-
tur canis qui propter vilitatem nō deberet tā-

gi. vel debilis percutiatur multo magis illi de
domo Ieroboam exterminabuntur qui sunt for-
tes et maxime reputationis. Spiritualmente Je-
roboam interpretatur diuisio populi et signifi-
cat phariseos qui diuidebāt populum a christo.
vel quia diuise erant a christo hi miserunt nun-
cios suos qui per uxorem intelliguntur propter
obedientiam ad christum qui significat p̃ Abyā
prophetam. qz ipse est propheta magnus qui sur-
rexit in nobis. Luc. viij. vel per uxorem Ierobo-
am ut dicit lra intelligitur collegium phariseo-
rum et scribarū simulatorie ad christum venientium
ut eum caperent in sermone. Sed sicut Abyas co-
gnouit simulationem illius dicēs. quare te simu-
las aliam. Sic christus simulationes phariseo-
rum cognouit dicēs. Quid me temptatis hypocri-
te. ut dicit presens euangelium in quo quattuor
tangit. Primo iudeorum iniquam consiliatorem
ibi. Abeuntes pharisei. Secundo nunciorum dece-
ptoriam adulationem ibi. et mittunt ei. Tercio
ipsorum falsam interrogationem ibi. dic nobis
quod. Quarto diuinam cognitionem ibi. cogni-
ta nequicia. Quantum ad primum tangit iudeo-
rum iniquam cōsiliatorem cum dicit. Abeuntes
pharisei cōsiliū inierunt ut caperent Iesum in
sermone. ubi nota animalia venenosa semper fu-
giant solem et ad latibula conuertuntur. Juxta
illud p̃s. Orius est sol et congregati sunt et in cu-
bilibus suis collocabuntur. Per venenosa enim
animalia pharisei designantur. p̃ solem aut xps
Vi in quā pharisei lucēte christo p̃ lucidā doctri-
nam et pponente pabolam de nuptijs qua supra
posita dominica. xx. in qua eos conuicerat q̃ se-
cludendi essent a regno dei et p̃ictendi ppter ip-
sorum merita mala in profundū inferni ab eo su-
gierunt. et q̃ in eo vlciscerent cogitauerūt. idcir-
co dicit euāgelista. Abierūt pharisei s. Chryso.
a christo ad Herodianos et consilium fecerūt ut
ex colloquutione cōmuni melius possent perpen-
dere q̃liter eum deciperent. et quia non poterāt eum
cape in ope. qz p̃s. dicit. Fidelis dñs in oib⁹ vijs
suis et sanctus in omnibus operibus suis. quare
inierunt consilium qualiter eum caperēt in sermo-
ne. de hoc p̃silio prophetauit Jacob Ben. xlix.
Symeon et leui vasa bellantia in consilium eorum
nō veniet anima mea. De Symeon pharisei et d
leui sacerdotes processerūt qui erant vasa bellā-
tia contra christum in quorum consilio noluit eē
Jacob qui ut inique agerent consiliati sunt dicit
p̃s. De quorum consilio dicit sapiens. Consilia
prauorum fraudulēta. Proverb. xij. In hoc cō-
silio diabolus fuit supremus quia ex eo proces-
sit ut contra Iesum consilium congregarent. qz
dicit Chryso. Qui iusticiam tenet nullus p̃ocinio
indiget nisi dei. Qui vero iniusticiam diabolo

Dñica. xxiij. post trinita.

adiutorium necessarium habet. et quia manifestum est quod consilium erat iniustum. ideo necessario habuerunt inter se caput diabolicum. Sic ad instar phariseorum primo mali consilii cum adiutorio diaboli dant consilia contra ecclesie et ecclesiasticarum personarum libertates qui si moniti non desistant excommunicationi se noverint subiacere ut dictum est supra. xcvij. q. Dicit enim Honorius de sententia excommuni. noverit. Excommunicamus omnes qui de cetero observare fecerint statuta edita et consuetudines introductas nisi ea de capitularibus suis infra duos menses per huiusmodi publicationem fecerint amoveri. Item excommunicamus statuarios et scriptores statutorum ipsorum necnon potentes consules rectores et consiliarios locorum ubi de cetero huiusmodi statuta et consuetudines edite fuerint servare necnon eos qui in ea presumpserint iudicare vel in publicam formam scripserint iudicata. **Hec Honorius.** Secundo quidam auxilio diaboli dant consilia contra veritatis predicatorum et eis detrahunt et persequuntur. quod antequam hoc sit suavis diaboli. vij. q. j. c. sunt plurimi. **S. verum.** Manifestum est inquit diabolus qui sicut leo rapiens circumit querens quem deuoret cordibus plebium suadere ut doctoribus atque pastoribus detractiones irrogent et plebes languescens non tenentibus frena eorum lasciuant atque in immanitatem ut saltem sic periclitari possint. **Hec Gregorius.** Sed talia consilia fiant ei in malum et per hec christum. sicut testatur Alexander papa et pontifex. iij. q. j. c. nulli. dicens. Dominum crucifigunt qui eum in sacerdotibus suis persequuntur. quia crux a cruciatu dicitur. Magnum enim cruciatum sustinet qui vim patitur. Sed non est mirum quod predicatorum veritatis persequuntur ex consilio malignorum. quia persecutum legimus dominum ipsorum. quia ait **Iohannes. xv.** Non est seruus maior domino. si me persecuti sunt et vos persequetur. si sermonem meum seruauerint et vestrum seruabunt. Tercio alij adiutorio diaboli faciunt consilia contra commune bonum opprimentes **D** pauperes et tales scilicet alij volunt nocere nocent sibi ipsis. **figura Bester. iij.** de amon qui falsum consilium dedit contra **Mardocheum** ut suspendere in patibulo. sed ad patibulum quod parauit ipsemet suspensus fuit. **Bester. vij.** Narrat etiam **Quintus** libro. j. de arte amandi. quod contigit semel in egypto tanta siccitas quod per nouem annos non fuerunt ibi imbres. fuit autem **Bustridis** quidam potens et tyrannus magnus in terra illa ad quem accessit quidam nomine **Trasius** et dixit sibi. Si effunderet sanguinem alicuius hominis ad eum venientis et sacrificaret eum ioui quod statim haberent iouem placatum et pluuiam in

abundantia sicut expediret pro terra daret. ecce quale consilium dedit de occasione hominum ideo nocuit sibi ipsis. Nam statim ei **Bustridis** respondit. Tu iquit es hospes tu fies iouis hostia. **Primus** tu dabis hospes aquam et continuo eum occidit et ioui sacrificauit. Aliud exemplum scribit ibidem supra de tyranno quodam dicto **Phalaris** regis sicilie. cui dedit consilium quidam nomine **Perillus** quod faceret bouem concautum pro tormentis hominum et ipsemet obtulit se per magistro dicens. Domine ego facio tibi unum bouem concautum de ere et quando volueris aliquem interficere pones eum in illum bouem per unam fenestram quam faciam in latere bouis ut tunc appones ignem et de ipso clamante pro dolore fiet mugitus magnus et mirabilis per instrumentum eum. Tyrannus hoc audito consilio sibi regebat. **Perfecto** igitur instrumento **Phalaris** accessit ac primum omnium iussit **Perillum** artificem et consiliarium in bouem mitti et cruciari pena quam ipsemet pro alijs cogitauit. ideo de istis duobus dicit **Quintus.** Sic iustus vterque fuit ut enim sex eque ozulla quam nescis artificem arte punire sua. Qui consonat illud **Eccli. vij.** Qui fodit proximo suo foveam incidit in eam et qui statuit lapidem proximo offenditur in eo. et qui laqueum alijs ponit peribit in illo. Facienti nequissimum consilium super ipsum deuoluitur. quia et si tales mali consilii hic penas suam non recipiant tamen patibulum eterne mortis sibi parant in quo nisi penituerint eternaliter penam luent. Pro doctrinali morali est sciendum ulterius **Aristoteles. j.** philosophorum dicit. Sermones inquirendi sunt in materiam de qua sunt. scilicet quod hic sermo est de consilio. quia pharisei consilium inierunt quare aliquod de consiliariis qui debent inire consilium est dicendum. unde quicumque debet eligi in consiliarios ut eant in consilium debet esse pharisei. id est diuisi ab alijs hominibus que patet in his metris. **Fama** vita sapiens senex veritatis amator. **Sitque** pius iustus suadibilis non iracundus. **Primo** igitur consilii qui debet inire consilium debet esse bone fame. ad que requiruntur tria. odor honestatis. ut videlicet fama illa sit honesta. **Secundo** quod sit vera videlicet quod nomen concordet cum re. **Iuxta** illud **ps.** Sicut nomen tuum sic laus tua in fines terre. **Tercio** quod nomen suum habeat feruorem pietatis. Nam si fama eius conspersa sit crudelitate et in misericordia necessario est odiosa. Sed si fama pietatis de aliquo diuulgetur fiet diligibilis vniuersis. **Iuxta** illud **Eccli. j.** oleum effusum nomen tuum. ideo adulescentule. id est. persone perficientes dilexerunt te nimis. Sunt tamen nonnulli qui habent famam sine re. et hi similes sunt pomis illis que nascuntur iuxta mare mortuum que

Sermo. cii.

vsq; ad maturitatē sunt coloris honesti. sed si ea matura incideris nihil inuenies nisi cineres et fauillas vt dicit magister in histo. Ita quidam famam magnam habent vel nomen magnū i fama et statu. Sed si intrinsecus opantur turpibus et vilibus sunt impleti et tales carent tenore veritatis in fama sua et verificatur de eis qd scripserat quidā de abbacia que dicitur vallis dei. Cū clericus quidam fuisset ibidem exiliter hospitatus summo mane recedens scripsit hos versus in porta vallis. Dicta dei dom^o est mire speciei. Magnū nomen ei gratia nulla rei. et tales nō essent ad consulatum eligendi. quia quodāmodo sunt infames apud deum. Et diceret. quare infames non sunt in consules eligendi. Ad hoc respondetur qd consulatus est quedam dignitas q̄ infames sunt indigni. quia porte dignitatis infamibus patere non debent. vt dist. li. qui i aliquo et extra de re. iu. in famib^o. li. vj. Est autem infamis aliquis duobus modis videlicet de facto et de iure. Infamis de facto est cuius apud bonos et graues grauata ē opinio super crimine aliquo vt adulterio vsura et qualicūq; iniusticia. Infamis de iure est quē ius ponit infamen esse vt qui conuictus est de furto vel qui pugnat in arena pro lucro et huiusmodi plura. et omnes tales a dignitate consulatus repellentur. quia non possunt eē iudices neq; testes nisi in casibus. extra de testi. testimonium. Secundo consul eligendus debet eē bone vite. quia legitur Exod. xviij. qd Jetro dixit Moyse vt pro iudicibus populi eligeret viros timentes deum. et Act. vj. dixerunt apostoli. Non est bonum nos relinquere verbum dei et ministrare mensē. Considerate ergo fratres ex vobis viros boni testimonij. id est. bone vite et fame plenos spiritu sancto et sapientia quos constituiam^o super hoc op^o. s. ad ministrationē temporalium. et sequitur. qd placuit sermo omni multitudini. Et eligerunt Prephanum plenum fide. id est. fidelitate. in qua electione dederunt exemplum. vt bone vite viri et fideles ad quascūq; dignitates pre alijs eligantur. Tertio debent esse sapientes. Sapientis est regere et non regi vt inquit Aristo. et quia in senib^o est sapientia. qz dicit Job. xij. In antiquis est sapientia et longo tempore prudentia. ideo Quarto consules debēt eē senes. et quo ad has proprietates refert Polcot super li. sa. lectioe. cxliij. qd atheniensis depingebant sapientiam in pretorijs sicut reginam sedentem in cathedra cui subassellarij subordinantur due reuerende senes hinc et inde quo vno genu flexo fugebant phie mamillas. Pla vero super virumq; confouendo extendit brachia vel manus. Sic aut in pretorio depingebatur ad denotandum qd sine sapientia veritas iudicij exerceri nō

potest. Et qd iudices quantūcūq; senes vel expti semp indigent nono sapientie monumento. Juxta illud. j. Pet. ij. rōnales sine dolo lac cōcupiscite de quo crescatis in salutem. et dicuntur notanter consules esse senes sapientes. quia talium consilium est bonum. Juxta illud Eccl. xxv. preciosum caniciei iudicium et presbyteris cognoscere p̄siliū. qd preciosa veterato sapiētia et glorioso consilium et intellectus. Possunt etiam tñ iuuenes intelligentes senibus coassumi sicut assumptus fuit Daniel iuuenis cui dixerunt senes babilonie. Dan. xij. Tu sede nobiscum tibi enī dedit de^o intellectū. Quinto consules debent eē amatores veritatis vt cōsiliū eorū fiat fm veritatem et ius scriptū vel saltē fm verā et rectam veritatis rationem que si deficeret tunc p̄nt seq̄ consuetudinem loci vel terre. quia dicit Aug^o de baptismo paruulorum. et habetur dist. xvj. Qui p̄tempta veritate p̄sumit consuetudinem seq̄ vel circa fratres inuidus est aut infidelis et incredulus est et malignus quib^o veritas reuelat aut circa deum ingratus est cuius inspiratione instituitur. Nam dominus in euangelio. Ego inq̄ sum veritas et non dixit ego sum consuetudo. qz consuetudinē ratio et veritas semper excludit vt dist. xj. dicitur. Usus auctoritati cedit. prauum vsum ratio et lex vincat. sed lex vbi deficit consuetudo pro lege seruanda est cum non sacris canonib^o nec sacris legibus consuetudo obuiare monstratur in concussa seruanda est. quia dicitur. j. q. vij. Sighis qd eque ponitur transgressor consuetudinis et legis. Sexto consul debet esse pius. id ē. mansuetus et benignus. quia dicit ps. Beat^o vir qui non abiit in consilio impiorum. Nam impij sunt merito deponendi et mites assumēdi. Juxta illud Eccl. x. Sedes ducum superbiorum destruxit et pro eis sedere fecit mites. Septimo debet esse iustus vt iusticiam consulat. Juxta illud ps. Iuste iudicate filij hominum. quia iustus dominus et iusticias dilexit. hoc pro tāto addit ne sit nimis misericors p̄cēdo malis. Deutro. xxij. Non miseretur in iudicio pauperis. s. a iusticia declinando. sed compatiendo debet sibi miseri. qz fm Greg. vera iusticia compassionē habet sed falsa dedignationem. Octauo consul debet esse suadilibus vulgariter rotfogil. id est. nō sui capitis si alter melius sentiat debet sequi. qz dicit Iacobus in ca. iij. c. qui deorsum est sapiētia primum quidem pudica est. id est. faciens recedere ab omni turpitudine deinde pacifica modesta suadibilis bonis consentiens. et hoc est cōtra presumptuosos qui suum cōsiliū preferūt alijs ac si omnes codices legum comedissent et quod ipsi non inuenerunt aut dictauerunt estimant nihil valere. et dummodo sua p̄silia dicūt meliora

Dñica. xxiij. post trinita.

non esse. et hoc est signum presumptuosi de quo loquitur **Bern.** presumptuosus prius in puentibus residet ut consilijs prius respondeat non vocatus accedit. i. non iussus se intromittit vel ingerit reordinat ordinata reficit facta quicquid ipse non fecerit aut ordinaverit nec recte factum nec pulchre estimat ordinatum iudicat iudicantes. et si cum tempus aduenerit pre omnibus non promoueatur iniustus iudicat et se despectum. **Nono** quod consul non debet esse iracundus. quod dicit **Seneca.** quod duo sunt maxime contraria consilio festinatio et ira. et ideo iracundi et impetiosi nunquam dabunt sapiens consilium indigentibus. quod **fm Athone** impedit ira animum ne possit cernere verum. propter quod dicit **Jacobus. j. c.** Ira viri iusticiam dei non opatur. **Decimo** debet esse non timens videlicet homines. quia pilatus eo quod cesarem timebat a iusticia declinavit. **Quare** dicit **Sapiens** **Proverb. xxi.** Qui timet hominem. scilicet timore mundi non cito corrumpet. **Glosa** a rectitudine iusticie. **Unde** decimo non debet prodere secreta consilij. sed debet dicere **Isa. xxiij.** secretum meum mihi. **Na** consilium dicitur a con quod est simul et sileo. unde quod aliqui plures simul silent. hoc enim fuit quod a deo romanos apud alios exaltauit ubi quicquid in auribus consiliantium dicebat a deo secretum erat ac si dictum non fuisset. **Unde** **Valerius** maximus li. ij. de factis mirabilibus. c. de institutis antiquis commendans romanos consiliarios ait. quod fidum et altum erat secretum consistorij reipublice silentijque salubritate munitum. cur limen intrantes abiecta priuata dilectione. ita dilectionem publicam. induebant ut non dicam unum sed neminem audiuisset credens quod multorum auribus fuit commissum. **Dec** ille. **Ideo** dixit **Aristo.** consiliarios duos debere habere. videlicet quod nec essent plani. i. manifesti. et pro palatores consiliorum nec placetes. i. adulatores. **Et** recitat. **ij. ethi.** quod quidam poeta nomine **Alexander** videns priamum in consilijs esse secretarium et veracem commendans eum iste est qui consulit respectus aliorum. et hoc est contra illos consules qui secreta consilij solent vxoribus suis reuelare qui nullo modo possunt ea obticere aut retinere sicut probat **Egidius** romanus in de re. pn. parte prima. lib. ij. c. vlti. **Mulieres** inquit secreta retinere non possunt. quia ut plurimum sunt molles et ductiles. statim enim cum eis aliqua persona applaudit et in faciem earum arridet amicam eam estimant. et omnia secreta cordis reuelant. patet etiam ex hoc ut idem dicit quod sunt nimis appetatiue laudis et glorie. **Unde** est ut communiter quod mulieres alijs mulieribus quas credunt esse amicas secreta virorum reuelant. **Tredunt** enim ex hoc esse in quadam excellentia et laudari apud eos si sciunt referre secreta virorum. **Hec** **Egidius**. **Refert** enim **Ca-**

lerius quod nobilis **Pipinus** nomine cum adhuc etate puerili teneretur cum patre suo die quodam misso ad curiam secreta pertractante. quibus a curia reuertentibus cepit mater pueri ab eo percutari quod patres egissent in senatu. **Et** ruidisset puer. **Alud** dicere non licet. **Ala** cum verberibus purgeret. ille fecte mendose dixit actum esse in senatu ut deliberarent sapientes quod esset melius per ciuitate quod videlicet unum virum plures deberet coniuges acceptare. **Quod** secretum cum illa a filio senatorum didicerat non obtinuit sed statim mulieribus alijs intimauit. que omnes die sequenti confluent ad senatum rogantes ut una mulier potius duobus viris quam unum virum duabus mulieribus coniungeret. **Tunc** senatores que nam esset illa mulierum noua congregatio inquisissent et mirarentur. **Puer** causam ex his que matri coactus dixerat iudicauit. propter quod pueri ab eis ordinatum fuit ne pueri excepto illo amodo cum patribus in consilium intrarent propter periculum reuelationis secretorum. **Ideo** dicit **Tullius** moralis. Quicquid agas secreto tue non pande marite unde tibi nasci possunt discrimina vite. **Dicit** enim **Santfredus** lib. vj. de regi. pn. quod in vuestfalia est consuetudo quod si adiuratus iudicij reuelat aliquid ubi dictum meretur suspensum. **Duodecimo** consul non debet personam acceptare. quia dicitur **Proverb. xvij.** **Per**sonam accipere in iudicio non est bonum ut declines a veritate iusticie. **Sic** non fuit acceptor personarum ille consul romanus iudex et iustus de quo scribit **Valerius** quod habebat quendam amicum nomine **Butilium** et ille ei sepius rogationem iniustam porrigebat. cumque ille sepius resisteret tandem **Butilius** cum indignatione. **Quid** mihi opus est amicitia tua si quid rogo non facis. **At** ille quod mihi tua si propter te aliquid contra iusticiam facturus sum inhoneste. **Maluit** enim amicitia sui amici carere quam contra conscientiam suam iniuste iudicare vel etiam personam acceptare. **Tredesimo** et ultimo consul non debet munera acceptare vel captare. quia munera excecant oculos hominum consulum et iudicium. **Iuxta** illud **Acti. xx.** exenia et dona excecant oculos iudicium. et quasi mutus in ore auertit correctiones eorum. **Est** enim mutus ut dicit glosa quedam species rane que prolecta in os canis eum tacentem facit et non posse latrare. **Sic** qui exenium dat per subuersione iusticie facit iudicem tacere et a punitione malorum cessare. et etiam facit iniustum iustum et econuerso iustum solet condemnare. **Contra** quod dicit **Salomon** **Proverbiorum. xvij.** Qui iustificat impium et qui condemnat iustum vterque abominabilis est apud deum. **Et** **Isa. quinto** **De** qui iustificatis impium pro muneribus et iusticiam iusti auferis ab eo. **Hec** dicta sunt

Sermo. cii.

super illo vbo pharisei cōsiliū inierunt. Sed est alia moralitas sup illo quod sequit. vt caperet iesum in sermōe. Nā illi qd voluerunt in malo facere contra nos debemus ad vtilitatē nostram puertere. Si ergo volumus capere iesum debemus nos habere vt piscantes. Nam christus iesus est piscis qui tota vita sua natauit in aquis tribulationis. sicut testat ps. lxxv. Veni in altitudine maris et tempestas dimerit me. et demū captus a iudeis in lignoq. crucis affatus i igne charitatis. Juxta illud ps. xvj. Igne me examinasti et nō est inuenta in me iniquitas. Iste piscis christus non capit in lasciujs voluptatis. qz Job xxv. Nō inuenitur in terra suauiter viucentium. Et Cañ. iij. ista sponsa nō poterat eū cape in lectulo voluptatis. ideo dixit in lectulo meo p noctem quesiui quē diligit aīa mea quesiui et nō inueni illum. Nec capit in diuitijs vanitatz. quia Osce. v. dicit. In gregibus suis et in armenti vadent ad querendū dñm et nō inueniēt. Nec enim capit in consortijs carnalis consanguinitatis. quia Luc. ij. dicit. Rediebant eū inter notos et cognatos et nō inueniētes. sed certe capit in tristitijs aduersitatis. quia hoc est mare in quo fuit vita christi. Juxta illud ps. In mari vie tue et semite tue in aqs multis. i. aduersitatib. et tribulationibus. Capere igit si vis dñm nostrū iesum christū intra mare tribulationis. qz ibi ē ps. xc. Cū ipso sum in tribulatione criptam eū et glorificabo eū etc. Sic in mari amaritudinis animi sui cepit Ezechias christum. Nam legit. iij. Regū. ij. q. ipse egrotauit vsq. ad mortem ad quem misit dñs Esa. qui dixit. Dispone domui tue et morieris nō viues. Qd audiēs Ezechias conuertit se ad parietē aīo amaro. qd patet ex hoc q. fleuit fletu magno et in hoc cordis sui amaritudinē enarrauit bona opa sua nō p iactantiā s. magis ad gratiarum actionē vt sic gratus de precedentibus vltiorem gratiam impetraret. vt dicit lira. Memento quō ambulauerim coram te in veritate et corde pfecto et qd placitū est corā te fecerim. et sic attraxit sibi dñm iesum xpm et cepit eū qz anteq. egredere. Salas mediā ptē atrij factus ē sermo dñi ad eū dicēs. Reuerte dic Ezechie duci ppli mei. Dec dicit dñs. Audiui orationē tuā et vidi lachrymas tuas ecce sanauit te et addam diebus tuis. xv. ānos. Sic Maria magdalena que christū in delitijs et vanitatibus pdidit ipm in amaritudine tribulationis cepit. Nam cū amare ad pedes ipsius fletet vt etiam lachrymis lauaret dixit sibi iesus. Fides tua saluā te fecit vade in pace. q. d. Tu cepisti me. Sic clauiger celi Petrus cum esset post trinā negationem in amaritudine cordis sui et fletet christū amare iesum cepit qñ christus eū oculis misericordie sue respe-

xit et ei peccata indulxit. Matih. xvj. Et est notandū q. in piscatione quattuor sunt necessaria. vt piscatores capiāt pisces. Prīmū ē ipoz sagacitas. Nā sagaces piscatores vtentes aliquibus industrijs plus de piscibus capiunt q. illi nō vtētes. Dicit enī Petrus de crescē. rura. cōmodo. li. x. ca. xliij. q. calce viua capiunt pisces si ipsa ponat in sacco etiā in aq. maxima stante in paruo loco recussa. hic saccus in aqua a duobus p totam foueam agitur. ex hoc qñ omnes pisces ceci veniunt in superficie aque et sic facile manu capiunt. Moraliter dilectio vere amicitie assimilāt calci rōne igneitat. Nā fm. Nido. propterea calx viua dicitur. qz q. uis sit actu frigida occultū tñ in se continet ignē. Si enī aqua perfusa fuerit statim ignescit et quoddā mirabile accidit vt dicit Aug. de ciui. dei. q. calx ex aqua in cedit. ex quo oīs extinguit materia ignis et oleo extinguit quo nutrit ignis. Siliū et v. amicitie. si aliqui ad act. exteriores videant frigide q. nō opant nec oñdant exteriori signo siue p impedimentū alicuius operationis siue cū sit opportunū tñ ignē viui amoris semp seruant in intimis cordis. qz dicit sapiēs. Prover. xvij. omni tpe. s. aduersitatis sicut et prosperitatis diligit qui verus amicus ē. qz superueniente aqua alicuius tribulationis vel necessitatis. tunc ille ignis. i. interior amor erūpit et exterius in opere se ostēdit. ideo Salomon ibidē subdit q. frat in angustijs comprobāt. vnde vere dilectionis ignis in aqua tribulationū et angustiarū magis accenditur quo ad deū et ad hoīes. Quo ad deū dicit glosa ordinaria super verbo predicto oī tpe diligit etc. Qui deum vere amat omni tempore custodit eiū amorem nec in angustia eius passionē deserit quem in tranquillitate pacis confessus est. Sed quo ad homines dicit Valerius maximus. q. sincere fidei amici pēpue i aduersitate vel aduersitatib. cognoscunt. sed in oleo consolationis et prosperitatis calx dilectionis quasi extinguit. qz prosperitas mundi extinguit et tollit dilectionē dei. sicut hoī in prosperitate posito nō est necessariū magna dilectionis signa ostēdere ne forte estimet q. ppter illiū vtilitatē et eiū prosperitatē diligat. ideo phs dicit in ethi. q. ad amicū in aduersitate positū eundē est sepe et cito. sed ad amicū positū in prosperitate raro et tarde. Ex quo patet q. p calcē viuā dilectio designtur q. semper ignem amoris in se tenet p quē xps facile capit. Nā de maria Magdalena vā amatrice legit q. christum dilexit in prosperitate et aduersitate. s. passionis. Propter quod cum post resurrectionem eius staret ad monumentum plena dilectione meruit capere christū. qui apparens ei dixit. Mulier quem queris. quasi diceret. Si quis me

Et si frater eius posset ea
fiat q. sit necessaria

p^m

que respicit
de p^m

Dñica. xxiij. post trinita.

ecce ppter dilectionem tuam assum et amor tuus cepit me. **Joh. xx.** Ideo dicit **Bern.** in flo. li. **O** bone Iesu q̄ benignus q̄ suavis es q̄ dulcis q̄ amandus q̄ amplexandus q̄ totus amirabilis q̄ vere dñe iesu ch̄iste desiderabilis. beatus homo qui te amat et amplectitur et expectat. **Scdm** q̄ in piscatione necessariū est aure tranquillitas q̄ in tempestate nō est bonū piscare. **Nā** piscatori imminet periculum et pisces petunt fundum. **Moraliter** cor peccatoris est quasi mare tempestuosum. sicut testatur **Esa. xxvij.** Cor impij q̄si mare feruidū quod quiescere non potest et q̄ diu tale cor est tempestuosum et insanit post mundi peccatum tam diu non capit christum iesum. q̄ ipse est sapientia summi patris q̄ nō introibit in multuolam animā. i. in aiam cui placet peccatus. **Nec** habitabit in corde subdito petis. i. in homine subdito carnalibus vitijs. **Sap. j.** Cum autem sedatur talis tempestas peccati et mens hominis peccatoris cum deo pacificat. tunc christus capitur et piscatur. quia **fm ps.** In pace factus est locus eius et habitatio eius in syon. **Syon** interpretatur specula. et est specula locus altus et eleuatus a quo potest homo defacili circumspicere a seprocul sicut in turribus castrorum pater. **Mons** autem syon est animus viri aut hoīs iusti altus p contemptum mundanorū et terrenorū et aptus ad longe speculandum que sunt a remotis videlicet per considerationem celestium et futurorū. **In** isto monte est quies. quia sicut in cacumine altissimorum montiū nō sunt turbationes ventorū nec inundationes pluuiarū sp̄q̄ ibi ē q̄et et securitas. sic in mente hoīs iusti de q̄ dicit **Benedic.** Mens sapientis sicut celum sup sperā lune ubi nō fiunt peregrine impressiones. et talis mens bene capit in se christū. **Tertium** est instrumentorum multiplicitas. Qui enim vult capere nunc pisces piscat retibus nūc hamis interdūq̄ sportulis et sic de alijs. Ita et tu vis capere christum necesse est te piscare. **Nūc** rete fidei aliquādo hamo spei interdū sportulis charitatis. Sic quedam mulier deuota fecit. de qua legit in lib. de dono timoris. que cū aliqñ caruisset consueta visitatione spiritali et diuina timens ne nimis tardaret vel veniens nimis cito recederet allocuta est vtutes theologicales supradictas dicens fides mea ad dominum. vade et adiura euz per omnes articulos. s. incarnationē natiuitatez baptismū passionē sepulturam resurrectionem. et c. que de eo creduntur vt veniat. **Spes** mea expecta eū et para ei hospitium. charitas mea cū venerit tene eū ne recedat. **Amor** sic seipsam et virtutes excitaret venit ei mira consolatio non cito abiens nec recedēs. **Quartū** ē mutandi loci necessitas. Si enī piscatores nō capiunt in vno lo

co querunt alium. **Nā** cum **Petrus** et socij eius per totā noctē piscando laborassent et nihil cepissent iussit christus vt ducerēt in altum sicq̄ ceperūt pisciū multitudinē copiosam **Lu. v.** Sic et tu cū nō potes capere christum in domo tua. vade ad ecclesiā et duc mentē tuā in altū et tēplatiōis et tēplando videlicet gaudia celi et penas eternas inferni. sic vtq̄ capere potes christum. Et si ibi non capis audi verbum dei vt sic ipsum capere possis in sermone. **Secdo** qui vult christum capere debet se ad similitudinem ancipitis habere. **Scriptura** enī sacra christum auem **Job. xxv. iij.** nominat. **Semitam** ignorauit auis. quia iudaeus populus christū ad celos ascendisse nō credit. modo auceps qui vult capere aues dulciter fistula canit. vt dicit **Latbo.** Fistula dulce canit volacrem dū decipit auceps. Sic qui vult christum celestem auem capere debet dulciter canere fm exhortationem prophete. **Esa. xxij.** Sum me citharā circū civitatē dulciter cāta frequenta canticū. vbi dicit glosa. Bene canit in cithara penitēs q̄ cordas peccati omnes et singulas bene et ordinate tangit in confessione. vel bene canit qui omnes creaturas iuitat ad laudē diuinā sicut ps. qui ait. Laudate dñm omnes gētes laudate eum oēs populi. Et similiter tres pueri **Dan. iij.** Benedicite omnia opa dñi dño. et hi dominū iesum caperēt. quia euz essent in camino ignis visus est quartus quasi filius hominis cum eis in medio flammarū et eos omnino nō tetigit ignis. **Tertio** debet se habere ad instar venantis. Venator enim qui vult capere feram velociter currit. **Christus** enim fera est habitans in deserto et in celo. si vis eum capere sis velox in cursu satisfactionis. sicut ps. qui ait. Viam mandatorum tuorū cucurri. Et **Tacheus** qui festinans descendit de arboze et satisfactionem promisit cum dixit. **Ecce** dimidiū bonorū meorū domine do pauperibus. et si quid aliquem defraudaui reddo quadruplū. ppter qd christum cepit qñ in domū suā secum iuit et ibidem mansit dicēs. **Hodie** oportet me manere in domo tua **Lu. xix.** **Quarto** debet se habere ad similitudinem luctantis. christus enī miles est quem oportet capere lucta orationis. quia figura legit **Gen. xxxij. q.** **Jacob** luctabat cum angelo tenens eum. vbi dicunt aliqui q̄ hec lucta fuit spiritalis. quia **Jacob** per efficaciam sue orationis tenebat eum ne se ab eo elongaret sed eum in via ab **Asau** defenderet. fm hoc dicit **Hieronymus** super **Esa. xlix.** Cum angelo **Jacob** oratiōe nō manib⁹ luctabat. Et fuit etiā lucta illa corporalis. quia postea cum vidit angelum volentem recedere propter suā diffidentiam accepit eū manib⁹ ad tenendū. cui dixit angel⁹. **Dimitte** me auroza est. Et **Jacob.** **Non** dimittā

te nisi benedixeris mihi et benedixit ei. et hec fuit figura quod lucta deuote orationis capitur angelus magni consilij christi nec dimittitur nisi hominem benedixerit. et hoc ad primum super illo verbo. ut caperent iesum in sermone. **Quantum** ad secundum ponit nunciorum deceptoriam adulationem. de quibus subditur. **Et mittunt ei scilicet pharisei discipulos suos cum herodianis. id est militibus herodis qui ad diem festum venerat et magister scimus quia verax es et via dei in veritate doces.** ubi nota nuncij isti christo absente cum phariseis detrahebant dicentes eum potatorem vini et amicum publicanorum etc. **Sed** in presentia eius derisorie laudabant ideo similes fuerunt cuidam vermi qui dicitur sanguisuga qui scilicet isidorum est mollis et flexuosus os habens triangulum et in ore fistulam habet cum qua sanguinem sugit. venenosis sepe insidet ut eorum sugat sanguinem siue humorem in aqua calida et in tempore calido facilliter se applicat ad sugendum. **Sic et isti vel quilibet adulatores sunt quasi vermes abominabiles detestabiles et despecti.** **Et primo** sunt quasi molles. quia mollia et blanda verba proferunt coram illis quibus adulantur. propter quod adulatio ipsorum per doctores oleo comparatur quo diabolus ungit suos qui in extremis laborant. hoc oleo ungit etiam diabolus homines quos flectere non potest ut ad malum molliat. **De quo patet. Oleum** peccatoris non impinguet caput meum. **Super quo dicit Augustinus.** Oleum est falsa laus adulatores que mentes hominum a rigore veritatis emolliunt. **Secundo** sunt flexuosi. quia semper flectuntur ad partem illam ubi credunt placere. **Sicut** fecit quidam histrio cuiusdam regis. hic si videbat regem infirmari et se infirmum simulabat regem tristi existente et ipse tristis erat eo vero leto cum eo letabatur. et quo ad hoc simulantur adulatores gamalioni quod est animal secundum philologum in aere viuens quod colorem habet varium et in momento mutabilem. ita ut cui rei se coniungit illius coloris fiat. quod si quis loquitur de colore albo dicunt adulatores quod est albus sicut nix. si de colore nigro statim subiungunt quod est niger sicut carbo. et sic de alijs. **Ecce flexuositates.** **tertio** habet os triangulum. id est genera trium verborum. diuiditur enim os eorum in adulationem mendacium et detractionem. quia in presentia habent os adulantis. in absentia vero mendacis et detrahentis. **Sed tunc cum adulatores sub specie oculi ad modum inde tradit homines hostibus. id est sub specie amicitie hominem interficit.** **Et recte significatur per Iob. ii. Reg. ii. de quo** legitur quod dixit ad Amasiam. **Salue mi frater.**

et tenuit manu dextra mentum. **Amase** et percussit eum in latere et mortuus est. ideo dicit sapienter. **Iniquus** lactat amicum suum et ducit eum per viam non bonam. **Prover. xi. Nam** ad litteram Amasa fuit amicus Iob. quia erat eius germanus. erant enim de duabus sororibus. ut patet. **ii. Reg. xiiij. Sed** ad malam viam ipsum perduxit. scilicet ad mortem que est omnium rerum terribilissima. **iii. Et hi.** ideo interdum melior est homini detractio vel mendacium adulatores quam eius adulario. **Quarto** habuit fistulam in ore suo. id est fallacem dulcedinem verborum cum qua ipsi sugunt et attrahunt ad se beneficia temporalia. **Quod enim** vident residuum hoc attrahunt ad suum usum. et ponit de ipsis illud **Iob. i. Residuum** eruce comedit locusta. ubi per locustam intelligitur adulator. quia sicut estate canit et hyeme silet. sic adulator eos laudat qui habent estatem prosperitatis. et laude eorum vero silet qui habent hyemem aduersitatis. unde **Eccli. xiiij. Pines** locutus est et omnes tacuerunt et verbum eius usque ad nubes producit. **pauper** locutus est et dicunt. quis est hic. **Quinto** ipsi in fide rebus et cadaueribus venenosis ubi per cadauera venenosa intelliguntur mali domini et prelati qui semper tales volunt secum habere ut sic ex verbis eorum letificentur. quia de ipsis **Osee. vi. In** malicia sua letificauerit homines quia cum domini male agunt conscientia ipsorum utique conturbatur. quod dicit **Augustinus.** **Voluisti domine et ita est** ut omnis inordinatus animus sit sibi ipsi pena. **Sed** adulatores auferunt talem turbationem et remorsum conscientie cum adulando dicunt eos bene fecisse et laudent eos in sua malicia et sic letificant eos. sed de talibus dicit propheta **Esa. v. Ne** qui dicitis malo bonus est. **Et in eodem.** Ne qui iustificatis impium pro mulieribus. et **Prover. xxiij. qui** dicunt impio iustus est maledicent eis populi et detestabuntur eos. hoc ad litteram fit de adulatores dominorum. **Nam** impie facientibus dominis erga subditos pauperes et occasione exactionis inuenio. dicunt adulatores. **Iuste** fecit dominus iste bene meruit cum tamen in modo dico vel in nullo digno tali exactione excessit. **Quare** talibus maledicent populi abominabiles erant coram deo. **Iuxta illud Prover. xvij. Qui** iustificat impium scilicet dominum et condemnat iustum scilicet subditum. uterque abominabilis est apud deum. **Sexto** adulatores tempore calido et in aqua calida videlicet prosperitatis adherent diuitibus ut honorem. id est dona lucra et comoda ab eis sugant. **Unde** hugo de sancto victore. **Adulator** est in obsequio hostis id est in animo corruptus in omni verbo turpis in

Dñica. xxiiij. post trinita

omni facto et ad prospera let^o et fragilis ad ad-
uersa. et tales fuerunt isti nuncij qⁱ ironice xpm
laudabant dicentes. **M**agister scim^o q^z verax
es et via dei i veritate doces. et hoc adulatorie
et fraudulenter dixerunt. tñ in veritate ipe erat et
veritatem docuerat. vnde **A**ugustin^o super ca-
tholicam Iohannis. Cathedram inquit habet
in celis qui corda docet in terris. **E**t idem pre-
dicatores verba formant. sermones componunt
sententia proferunt sed mentes illustrare non
possunt. et ideo **G**regorius in omel. **N**isi de^o in-
tus sit qui doceat inuani lingua doctoris la-
borat. **Q**uapropter christus e verus magister
quem tamen ex malicia pharisei magistrum ap-
pellant. **S**lofa aut^e explicat lucidius maliciaz
ipsoru. **T**ripliciter inqt aliquem veritate non
dicere. **P**rimo ex parte docentis qui non nouit
veritatez vt sunt multi ignari sacerdotes et pa-
stores qⁱ quod docent non didicerunt et illi non
possunt excusari. q^z dicitur dis. **xxviii.** **I**gno-
rantia si in laicis videtur intolerabilis in sciē-
tia. q^{to} magis in his qⁱ p^usunt nec excusatione
digna nec venia. **E**t beatus **A**ugustin^o in libro
questionum et ponitur. **xxvii.** dis. **N**on omnis
ignorans imunis est a pena. ille ignorans pot^{est}
excusari qui quod disceret non inuenit. **I**llis au-
tem ignosci non poterit qui habetes a quo di-
scerent operaz non dederunt. ideo eade dis. c.
vt itaq^z dicitur. **I**mperitia sacerdotib^{us} debet
esse aduersa qm cum per ignoratia cecati alijs
ducatum prestare ceperint ambo in foueam ca-
dunt. vt dicitur in ps. **O**bscuretur oculi eoz
ne videant. **N**um enim obscurentur illi qui pre-
eunt ad ferenda onera peccatorum vel ad cor-
rigenda vitia subditorum facile sequetes incli-
nantur ad peccata. **E**t dis. **xxviii.** c. ignoratia
dicit canon. **I**gnoratia cleroz erroz mater
est maxime in sacerdotibus dei euitanda est qⁱ
docendi officiu in populo dei susceperunt. **S**ed
econtra dicunt pharisei ad christu. **M**agister
scimus q^z verax es et c. q. d. **T**u es plen^o scien-
tia diuine veritatis. **S**ecundo ex arte dei timo-
re postposito quidam veritatez qua de deo no-
uerunt non pure enunciant. de hoc. **iiij.** q. v. c. **A**c-
cusatores. dicit **C**alixt^o papa amor carnalis et
timor atq^z auaricia pleruq^z sensus hebetat hu-
manos et peruertit opiniones vt questum pie-
tatis putent et pecuniam quasi mercedem pru-
dentie. **S**ed contra hoc dicunt pharisei christo
et via dei in veritate doces. **T**ertio aliqui ve-
ritate non solent docere ex parte primi quem
amant et timent vt sunt nonnulli predicatores i
aperta predicatione et timidi confessores prin-
cipum potentum diuitum vsurarioz et eozu
uxozum in occulta confessione qui non libere in

corrigendo peccata pronunciat veritatez. **A**n-
de **A**briso. **xj.** q. c. nolite timere. **N**on solum il-
le proditor est veritatis qui transgrediens ve-
ritatem palam mendacium loquitur. **S**ed etia
ille qui non libere veritatem pronunciat quam
libere pronunciare oportet. **E**t contra hoc pha-
risei. **E**t non est tibi cura de aliquo. q. d. **N**ulluz
times sed libere predicas et dicis veritatez. non
enim respicis personas hominu. vbi dicit **G**re-
gorius. **P**ersonam hominum accipere e homi-
nem. non quia homo est. **S**ed propter aliquod
circa ipsum honorare. quod intelligitur de ho-
nore in iudicio vbi iudex hominez propter po-
tentiam vel diuitias non debet honorare. **V**bi
nota. acceptio personaz est iniusticia qua per-
sona prefertur persone propter causam indebi-
tam. et committitur tripliciter. **P**rimo in hono-
z exhibitione. **D**e qua **I**ac. **ij.** **F**ratres mei noli-
te in personarum acceptione fidez habere. **S**i
aut^e personas accipitis peccatum operamini
redarguti a lege qm transgressores. **S**uper quo
dicit **A**ugustinus. **A**bsit domine vt in taberna-
culo tuo pre pauperib^{us} accipiantur persone di-
uitum. aut pre ignobilib^{us} nobiles qm pot^{est} in-
firma mundi eligis vt fortia queq^z confundas
Sic christus non resperit personas hominu.
q^z dicitur **A**ctuum. **x.** **R**oma. **iiij.** **N**on est ac-
ptoz personarum deus. **S**ecundo committitur in
iudicij executione. **N**ec sic christ^{us} acceptoz per-
sonaru erit i iudicio finali. q^z **S**alomon **S**ap.
vj. **N**on enim subtrahet domin^{us} personam cui-
usqⁱ qui est dominator omniu nec verebitur
magnitudine cuiuscusqⁱ qm pusillum et magnu
fecit. ipse et equaliter est ipsi cura de omnibus.
Nam iudices terre interdum parcut propter
beniuolentiam. interdum propter impotentia
interdum propter negligentiam. **S**ed non xps
Primo enim vt dicit **Pol.** lectio. **lxxviij.** **N**on
parcet subtrahet personaz cuiusqⁱ deus. **C**au-
tela est frequenter apud iudices qⁱ persona rea
subtrahitur certo tepore ita qⁱ non oportet qⁱ
iudex pro illo die faciat aliquid contra eum. sed
ista cautela i iudicio christi nihil valebit. quia
nullus p^{er}tunc poterit se absentare. **ij.** **Cor.** **v.**
Omnes nos inquit manifestare oportet an tri-
bunal christi vt recipiat vnusquisqⁱ put gessit.
Secundo nulli parcit propter impotentia. pro-
pter hoc dicit. **N**on verebit psonaz cuiuscusqⁱ
q. d. **N**on dimittet propter potentia aut timore
potentie regu aut principu nulliusqⁱ creature
et hoc pbat sic. **N**ull^{us} artifex terre de eo qⁱ fe-
cit pot^{est} eni destruere quando vult. q^z omnis ar-
tifer potetior est artificio. sed deus fecit pusil-
lum et magnum vt in ps. **Q**uonia ipe fecit nos
et non ipsi nos. **T**ertio nulli parcit deus ppter

negligentiā. et quo ad hoc dicitur quod est ei cura de omnibus. et per consequens non potest negligit punire unum quam alium. **Sap. xij.** Non est alius deus quam tu cui est cura de omnibus ut ostendas quoniam non iniuste iudicas iudicium. Sed econtra est in iudicio huius mundi ubi par citur diuitibus sed non pauperibus. et sic est acceptio personarum de hoc loquitur pulchre **Innocentius** de vili. hu. conditionis. Pauperum causam cum mora negligit diuitum causa cum instantia promouetis. In illis rigorem ostenditis cum istis ex mansuetudine dispensatis. illos cum difficultate respicitis ipsos cum fauore tractatis. illos negligenter auditis. istos subtiliter auscultatis. clamat pauper et nullus exaudit. loquitur diues et omnes applaudant. clamat impatiens et nullus eum vociferat et non est qui iudicet. Si forte pauperum causas suscipitis illos remitte fouetis. Cum autem diuitum causam assumetis illos pertinaciter adiuuatis. pauperes despiciatis diuites honoretis. isti reuerenter confurgitis istos despicabiliter conculcatis. Et infra. Ne inquit vobis et contra vos dicit propheta **Ieremias**. Magnificati sunt et ditati iudicii pauperis non iudicauerunt. sed in lege **Deus**. precipitur nulla erit distantia personarum. ita paruū audietis sicut magnum nec accipietis cuiusquam personam. hec ille. Tercio fit acceptio personarum in dignitatis promotione quam prohibet dominus. **i. Regum. xvj.** loquens de **Peliab** qui erat alte stature quam **Sauiel** propter hoc vngere volebat eum in regem super populum israel. Non inquit aspicias vultum eius neque altitudinem stature eius quoniam abieci eum. Sed circa hoc dubitatur utrum acceptio personarum sit peccatum? Ad hoc dicitur quod sic. propter istam rationem quam ponit **Pol.** ubi supra. Omne quod opponit iusticie vel veritati vitium est et peccatum. sed acceptio personarum opponitur iusticie ergo etc. Est enim notandum quod ad iusticiam pertinet quod bona diuersa diuersis distribuuntur personis secundum valore et dignitatem personarum. Quando ergo aliquis considerat in persona aliquam conditionem que facit eum indignum illo eo quod est sibi consanguineus tunc est acceptio persone. Si autem considerat aliquam conditionem in persona que quidem persona facit eum indignum beneficio conferendo tunc non est acceptio persone. Secundum hoc glosa **Epistolam. vj.** super illud non est acceptio personarum apud deum. dicit quod iustus iudex causas attendat non personas. Omnis enim conditio que non facit hominem indignum illo negotio ad quod prefertur refertur super istum modum loquendi ad personam. sicut si attendere in isto diuitias vel consanguinitatem et pro

pter istas condiciones promoueam eum ad magistrum vel ad prelacionem acceptio persone est. quia causa me mouet non conditio que facit eum dignum honore collato. Sed si attendendo in isto consanguinitatem et propterea lego sibi decem marcas vel instituo eum heredem et dimitto extraneum non est acceptio persone sed causa. quia ista. scilicet causa facit eum dignum et proportionatum huic. scilicet beneficio quod est persequi scilicet in patrimonium. Sed contra hoc possit aliquis dicere alicui conferre beneficium ecclesiasticum propter consanguinitatem est acceptio persone. sed hoc non est peccatum sed charitas ordinata. quia dicit apostolus ad **Gal. vj.** Operemur bonum ad omnes maxime autem ad domesticos fidei. Et **i. Cor. v.** Si quis suorum curam non habet infidelis est et infideli deterior. Sed domestici sunt illi qui attinent consanguinitati. Ad hoc dicendum est. quia aut consanguinei prelati sunt minus digni. simpliciter etiam per respectum ad beneficium conferendum. Similiter pro respectu ad bonum commune aut sunt eque digni ut alij in primo casu promouere eos et dimittere digniores est acceptio personarum et in omni dispensatione spiritualium quorum non est dominus sed tantum dispensator. **i. Cor. iij.** Sic nos estimat homo ut ministros christi et dispensatores mysteriorum dei. In secundo casu licet prelati consanguineos suos et saltim in hoc possint esse acceptiones et potest de eis magis confidere quod negocia ecclesie cum eo unanimiter tractabunt. Dicit enim sanctus **Thomas** in quolibet. Si consanguineus sit eque dignus potest episcopus eum preferre nisi ex hoc scandalum oriatur vel aliqui exinde malum exemplum capiant ut quando probabiliter timetur. quod aliqui prelati ex hoc exemplo inducantur ad donandum beneficia suis consanguineis etiam minus dignis alias in hoc casu licet satisfacere naturali amoris qui contrarius charitati non est. Si vero consanguineus sit minus idoneus non debet eum preferre postposito meliori duplici ratione. quia infideliter agit dispensator qui negotium domini gerens non meliorat cum possit. Secundo quia hoc videtur ad acceptionem pertinere. Conditio autem consanguinitatis non est conditio pertinet ad curam ecclesie que non obtinetur iure sanguinis sed diuino munere. Si autem esset conditio faciens ad negotium circa dispensationes patrimonialium bonorum. Si episcopus prouideat suo consanguineo minus idoneo non est acceptio personarum. Quantum ad tertium subiungit falsam ipsorum interrogationem cum dicit. Dic ergo nobis quid tibi videtur. licet cessum dare an non pro quo nota censiti habent originem suam a **T**

Dñica. xxiii. post trinita

romanis. **A**uz enim totū mundū sibi subiugas-
sent omnis ager ipsorum fuit propter quod po-
nebant vnū capitaneum quem principem vo-
cauerunt quasi primitias capientē. qz dñs omni
agro subiugatorum recepit census de quibz te-
nebant milites et vasallos in expensis. in auct.
vt neqz miles. s. cum domo dei. **Col. viij.** **P**a-
ce autem iam facta videbatur ei nimis fatiga-
bile qz milites tenere deberet i expensis. ppter
quod agros militibus et vasallis cōcessit vt de
illis seruirent. et hoc stipendium nominatur vt
in auct. vbi supra. **E**t non solū sed vt sibi solita-
rij in expensis prouiderent. **M**ilites aut et va-
salli agrum rusticis locauerunt et conduxerūt
pro pactis. **Q**uod nos cēsum vocamus. **C.** de
agro et censi. l. ij. qz quilibet in locatiōe vel tra-
ditione rei sue potest ponere legem quam vult
extra de cōdi. appo. verū. xvij. q. ij. clēterius
et hoc non est dolus. qz scienti et volenti non in-
fertur dolus. **C.** de transac. l. ij. **E**t talia pacta
debent custodiri. extra de pactis. **A**ntigonus
Quicquid igitur subdit de huiusmodi subtra-
heret furtū esset. qz census qui ab antiquo fuit
iposit sine dolo et fraude itegraliter debet da-
ri et nō dans peccat mortaliter. dñs hoc vide plu-
ra parte prima sermonum dominicalium. v. a.
ideo dixit christus. **D**ate que sunt cesaris cesari.
Circa hoc dubitatur vtz domini tempora-
les possunt licite imponere tallias et exactiōes
de nouo. et si tenent eis christiani obedire et vi-
detur qz non per glo. super illud **Matth. xvij**
Ergo liberi sunt filij regni in omni regno tunc
multo magis liberi sunt filij illi regni sub quo
sunt omnia regna terrena. **S**ed oppositū illis
dicit apostolus. **Roma. xiiij.** **O**mnis aia potesta-
tis sublimioribus subdita sit. **P**ro dubitatio-
ne dicit **Ricardus** i scripto tertio pncipali. q.
j. qz ex corruptione que in nobis est per pecca-
tum prouenit ad probandum ordinē iusticie
tam i temporalibus qz in spiritualibz. ideo
oportuit esse aliquos qui potestatem in spiritua-
libus habeāt et aliquem principalem et aliquos
sub eo qui habent potestatem in temporalibus
vt sic ordo iusticie seruetur tam in temporalibus
qz in spūalibus. **P**abenti autem potestatem iu-
sticie tenentur christiani obedire tā in spiritua-
libus qz in temporalibz in his ad que se extendit
potestas illius. **N**on autē in alijs de necessita-
te nisi forte in casu vbi forte propter scandalū
necessariū esset obedire. **S**ed ad videndū vtrū
imponunt tallias de nouo que non vngunt nisi
in vtilitate dominoz temporalium dicendum
est de subditis. qz vel sunt liberi vel serui. si ser-
ui tenentur in omnibus. qz sunt pōssio domino-
rum. vt dñs. j. poli. **U**nde si fugiat dominū dñs

modo restitui debet. extra de seruīs nō ordinā-
dis. **S**i autem sunt liberi aut domin⁹ eoz do-
minatur eis pollicite tūc distingue aut ex par-
te dominoz. qz aut est rex vel princeps vl do-
minus inferior. **S**i inferior nō potest impone-
re et si imponit non credo qz teneatur sibi obe-
dire. maxime cum sine cōsensu regum vel prin-
cipum et hoc probatur per simile. **P**rohibetur
enim episcopis abbatibz et prelati et alijs ne
nouos census iponāt ecclesijs nec veteres au-
geant. extra de cen. et exac. prohibemus. et ca.
Innouam⁹ hoc habetur expresse. **N**ec quis qz
alicui nouas pedagioz exactiones sine auto-
ritate et p̄sensu principum statuere aliquo mo-
do presumat. **S**i aut quis contra fecerit moni-
tus nō desisteret donec satisfaciāt cōmuniōne
careat christiana. **S**i aut dominus est rex aut
princeps tunc potest hoc facere p vtilitate bo-
ni cōis tamē pensata subditoz facultate et ne-
gocij qualitate et quantitate. **S**i autē ille tallie
in nullo sunt ad vtilitatem boni cōmunis tunc
nec rex nec princeps potest de nouo imponere
tales tallias liberis. qz pōssiones dominorum
et si eas imponūt subditi non tenentur obedire
qz sue exēut limites potestatis. **h**ec **Ricardus**
Ad rationem in oppositū fm eūdē filios re-
gni vocat christianos illos qui oīa tēporalia
propter christum reliquerunt. et vtz est qz ta-
les nō debēt tributa dare s. alij. qz dicit. **xxij.**
q. viij. c. **E**cclm **Canonicam** **A**ensus pro agro
ecclesiastico neqz domibz agris vel ortis iuxta
ecclesiam positus est p̄soluendus neqz de man-
se aliquo aliquod seruitium faciunt nisi ecclesi-
asticum. **E**st tñ notandum fm **Ray. et Hostien.**
quibus concordat sanctus **Thomas** in episto-
la quadā ad comitissam lotoringe et brabantie
Sunt aliqui casus in quibus domini vltra tri-
buta vel censum p̄suetuz a subditis possunt exi-
gere. **P**rimus pro defensione terre sue. ad hoc
tenentur omnes non solum de rebus sed etiaz
corporali labore vt sic seipsos soluēt. **xxij. q. j.**
fortitudo. extra de emu. et prouenit. **S**ecundo
si dominus vult ire in exercitiū indictū ab ec-
clesia vel pncipe ptra hereticos vel paganos
nec sufficit potest a subditis auxiliū petere sed
moderatu. **T**ertio si in bello ex parte sua fuit
iuste captus ab hostibz et nō sufficit se redime-
re absqz graui dāno. **Q**uart⁹ si vult ire ad p̄n-
cipem p obtinendo p̄uilegio specialis prote-
ctionis pro se et subditis suis. **Q**uintus quādo
maritat filiam suāz acq̄rit sibi affines aut ami-
cos. aut quando facit filium militem aut acci-
pit feudum suum vel nouum feudum acq̄rit. vl
quando sine culpa depaupat⁹ est vel obligat⁹
est dñs tñ semper moderate et nō ad grauamen

exigant. x. q. iij. vñio circa mediū extra cen.
cum apostolus .s. prohibemus. Quando vñ
domin⁹ sine iusta causa extorquet a subdit⁹ te-
netur ad restitutionem. **N**az si velit ludere vel
vltra vires ad vanitatē expēdere. et tunc a sub-
ditis extorquere nō tenet ei obedire. **S**ed di.
quid de illis dominis qui extorquēt a subditis
volentib⁹ recedere ab eis decē vel viginti mar-
cas vel accipiunt de bonis ipsorū mobilibus
quantum volunt quod vulgariter vocāt abez-
cogk. dicunt doctores q⁹ tales dñi peccāt et te-
nentur ad restitutionem nisi certū eēt q⁹ in pñ-
cipio in concessione terre fuisset expresse impo-
sitū tale onus dñi tamen vltra modū nō ag-
grauāt recedētes possit tolerari vt dicit **C**nil.
Quantum ad quartum ponit christi diuinā co-
gnitionem cum concludit cognita autē iesus
nequicia eorū ait. **Q**uid me temptat⁹ hypocri-
te ostendite mihi nūmisma census rē. **M**oraliter
nūmisma census est denarius dat⁹ vel dan-
dus pro censu qui valebat decē denarios vsua-
les et habebat imaginem cesaris et bene signifi-
cat animā cuiuslibet hominis figuratam per
decimā dragram perditam diligenter q̄sitam
et tandem inuentam. **L**uc. xv. **E**t hec q̄dem ani-
ma ad similitudinē denarij requirit aliq̄ ad hoc
vt sit bona. **P**rimū vt habeat regis imagi-
nem. **I**ste rex deus est omnipotens cuius ima-
go fm Augustinū est anima munda et immacu-
ta quo ad memoriā rationem et voluntatē vt
bona meminerit nouerit vel velit bona est. vñ-
de dicit **I**sidorus. mens quādo dei memor ad
ipsam contemplationē ascendit vt eum intelli-
gat et diligit imago dei dicenda est. **C**ui pcor-
dat **A**nshel. **I**n hoc inq̄t imago dei sumus dñi
quod bonum ei videtur apud nos sit bonū. et
q̄d malum ei videtur apud nos sit malū. **C**ir-
ca hoc sciendū. in nobis duplex est virtus. s.
intellectus et sensus. **I**ntellectus est quoddā
diuinum in nobis per quod ascendimus ad su-
periora et deo similes sum⁹. **U**nde fm hāc vir-
tutem cognoscitiuā dicimur ad imaginē dei
facti. **S**ed sensus qui est secūda virtus cognos-
citiua inq̄tuz non obedit rationi est quid bru-
tale vel bestiale cui⁹ sensus si prosequimur ap-
petitum. et fm eius iudiciū viuimus i consul-
ta ratione infra naturā humanā detrudimur
et bestiis similes efficiimur et imago dei deturpa-
tur. **P**ropter quod venerabilis **B**oe. li. iij. de
pso. phie pzo. iij. dic⁹ q⁹ auari luptis feracib⁹
et inquieti canib⁹. insidiatores vulpib⁹. iracū-
di leonib⁹. pauidi ceruis. pigri asinis. incōstā-
tes auibus. et libidinosi sub⁹ simulant⁹ cum di-
cit. **A**nnūcio quos feruet alienarū opum vio-
lentus. **C**reptor lupo silez dixeris forax atq⁹

inquietus linguaz litigij exercet cani compa-
ratur insidiator occultus subripuisse fraudib⁹
gaudet vulpib⁹ exequatur. ire intēperans fre-
mit leonis animū gestare creditur. **P**avidus
ac fugax nō metuenda formidet ceruis similis
habeatur. segnis ac stupidus torpet asinus vi-
uit. i. viuit asinine vel assumit sibi nomen asini
viuēdo leuis atq⁹ inconstās studia permutat.
nihil ab auib⁹ differt fedis et imūdisq⁹ libidini-
bus imergitur sordide suis. i. imunde scrophe
voluptate detinetur. **E**t concludit **B**oeti⁹. ita
fit vt probitate deserta homo esse deserit cū in
diuinā conditionem transire non possit ver-
tatur in beluaz. **D**ec **B**oetius. **E**t quilibet talis
potest dicere cum **A**ugustino. **I**mpressisti mihi
domine imaginē tuā super omnia amabilem
quā dolens impressi nimis odibilem. **R**espice
ergo aia mea et luge nec sine rugitū cordis tui
toleres horrorem interiorē vult⁹ tui. **E**t me-
rito lugere debent tales deformati. nam cū ve-
nerint ante christū interrogabit cuius est hec
imago. et si vellēt dicere domine tua est. respō-
debit ille mentimini ego dedi vobis animā ra-
tionalem. vos autē appozatis bestialē. et tūc
dicet angelis suis. **R**eddate cesari que sunt ce-
saris. vbi per cesarem itelligit demonem qui et
princeps mundi dicitur. **I**oh. iij. ideo dicit ve-
nerabilis **B**oetius in tractatu d summo bono
Ne vobis hominibus. q. d. cum diabolo habē-
bitis eternum. ve qui de numero bestiarum cō-
putati estis. diuinū q̄d in vobis ē videlz itelle-
ctum non cognoscentes. per quod ad superio-
ra ascenditis. et fm q⁹ deo similes estis. **S**cōm
q⁹ habeat superscriptionē. que superscriptio
sunt decēz pcepta que consistunt in duobus
videlz in amore dei et proximi. **M**atth. xxiij
Qui enim idola non curat falsa non iurat sab-
bata non violat. **S**ed qui proximū diligit pa-
rentes honorat et non occidit non furatur non
mechatur non iniuste testatur nō alterius vx-
orem aut res desiderat. sed omnia que sunt pro-
ximo contraria vitat. **G**uxta illud **M**atth. viij
Omnia quecunq⁹ vultis vt faciāt vobis homi-
nes eadem et vos facite illis. **D**ec est supercrip-
tio quam impressit rex celestis anime cuiusli-
bet hominis quam si corā ipso habuerit et ipse
interrogauerit. **C**uius est hec superscriptio. di-
cunt angeli hec est superscriptio dei. **E**t tūc di-
cit q̄ sūt dei deo reddite. **S**ed hec notās diabol⁹
scribit in anima hominum superscriptionē in
fidelitatis vt in omnibus paganis iudeis et he-
reticis et incantatorib⁹ aut incātatricibus qui
omnes directo gressu vadunt ad damnationē
qz qui nō credit iam iudicatus est. **I**oh. iij. vel
impmit alijs superscriptionē blasphematis

Dñica. xxiiij. post trinita

assidue iuratiōis sabbati fractiōis proximi de-
cisionis furti adulterij et sic de alijs. Et si hanc
supercriptionez per penitentiā nō deleuerint
s3 cū ipsa ante deū venerint dicet. **Qu** est hec
supercriptio? Respōdet angeli cesaris. i. dia-
boli et tūc diabolus erit repetens qd suū est. Et
certe deus fm suā iusticiā nō negabit. imo dicet
Reddite q sunt cesaris cesari. et tūc fm **Reg.**
viii. moral. **Por**redis modis fiet mors miser
sine morte finis sine fine defectus sine defectu. et
qz mors semper uiuit et defectus deficere nescit.
Tertium qd habeat ponderositatē aut graui-
tatē. Et sicut duplex est aia. uidelz bona et ma-
la. sic et duplex ē grauitas. s. virtutū et vitioz.
Que enī bona aia habet grauitatē virtutū et pē-
pue humilitatē. qz habens transire p artē por-
tā et bassam nisi inclinatus fuerit et se breuiorē ho-
stio exhibuerit trāsire nō poterit imo si transire
erecte temptabit leso capite retro capit. hec ē
uia q ducit ad patriā et hostiū quo celū intrat
magne artitatis in tñ q xps compat eā forami-
ni acui. **Quare** p illa nō pōt ptransire elatus
nisi p humilitatis grauitatē fuerit inclinatus.
Mat. xviij. nisi conuerſi fueritis et efficiamini
sicut puuli nō intrabitis in regnum celoꝝ. **Fi-**
gura **Gen. xliij.** dicit **Ioseph** fratribus suis anq
agnosceret ab eis. **Nisi** adduxeritis fratrem ve-
strū minimū nō videbitis faciē meā. **Frater** vō
ille vocabatur **Beniamin** quo adducto ad **Ioseph**
p fratres ei inuitauit eos **Ioseph** et **Be-**
niamin duplicē portionē donauit. **Spūalit** p
Ioseph subaudi deū patrē q filiū suū ppē nos
humiliatū statuit i medio nro. Et h est **Benia-**
min et interpretat filius dextre. hic ē p humilitatē
factus ē obediens vsq ad mortē. mortē autē
crucis. ppē qd deus pater illū exaltauit et dedit
illi duplicem portionē videlz distributionem
grē in presenti et glorie in futuro. **Istū** ē par-
uulū fratrem nrm ducam nobiscum. s. sequendo
vestigia eius. s. humilitatē. qd si nō fecerimus
dei prīs faciē nō videbimus. qz iniustū est vt
putredo et vmis nō humiliet vbi rex angeloz
humiliari dinoscit. **Alia** ē grauitas vitioꝝ. de
quibz p. **Qm** iniqtates mee supgreſse sunt ca-
put meū et sicut onus graue grauate sunt sup me
ista grauitas deprimit vsq ad infernū. sicut d
hoc dixi fmone. xlvij. **B.** qz d. iij. et. vj. pbi-
fic. **Si** eēt aliqd gūe qd in instāti descēderet su-
bito diceret q illud foret infinite velocitatis.
qz sine pportione velocius descēderet quocunqz
grauis qd inter mouetur. **Sic** peccator est adeo
grauis q moriēs velocius descēdit ad medium
terre. **Un** **Iob. xxi.** **Ducūt** i bonis dies suos et
in pūcto ad inferna descendūt. qz qd ē pūctus in
magnitudine hoc ē nūc in tpe. igit pētū ē onus

grauis imo infinite grauitatē. **Igit** legit **Zach.**
v. q vidit **Zacharias** mulierē quandā sedentē
in amphora habentē in ore suo massam plūbi
et dictū est prophete. **Hec** ē iniqtas in signū q
ois iniqtas opilabit os suū et q grauis. **Au**
illud **Eccl. xxij.** **Sup** plumbū qsi gradit. ideo
ppter grauitatem peccati populus ad eternū
descendet si se h non corrigit penitendo. ideo
Esa. j. cōminat peccatoꝝ. **Ne** in qd genti pec-
catrici populo graui iniqtati. **Est** tñ notādū q
q tūcūqz hō sit gūis et pōderosus p peccata et
ptinue descendet cadendo p peccata. nūq tñ
est de ipso finaliter desperādū. ratio huius est. si
grauis aliqd cadat ab alto q tūcūqz a summo
cecidit si possit ante casum a terra repelli a li-
nea casus nō cadat tā grauius q si cecidisset a
loco a quo linea casus ē expulsus. vñ si hō ca-
dat a tecto domus et dū esset in cadendo altus stas
supra frāz cū repelleret manu a recta linea sui
casus ipse ad terrā cadēs non plus lederet qm
si a loco depulsionis a linea casus tñ modo ce-
cidisset. **Itaqz** totū nocumētū casus qui pceces-
sit p illaz depulsionē impedit. **Moralit** homo
cadit ptinue qm est in peccato fm lineaz rectā
ē sus cētrū terre qd est infernus. **Sed** si hoies
stantes et nō cadētes videlz sancti viri in eccle-
sia q eum per pditiones vel orationes vel p
penitētie sacramētū a linea sui casus depellāt
tūc nō cadit vt nisi ois hō cōiter per mortem.
Sed aia de casu nō ledit nec aliquam penā sen-
tit p casu. **Si** peccatū in hac vita remittat. vt
dicit **hol. lectione. xxiiij.** **Quarto** qz hz inflexi-
bilitatem. qz molles et instabiles a dño repro-
bantur. ideo cōsiliū sapiens esto firmus in via
dei tui. qz ad hoc a dño tuo pfortaris. **Et** dñs
inqt. **Estote** fortes in bello et pugnate cū anti-
quo serpēte et accipietis regnū eternū. **In** quo
aut hec fortitudo consistit ostendit beat **Gre-**
gorius. **Iustoz** inqt fortitudo est carnē vince-
re proprijs voluptatibus cōtraire vite presen-
tis delectationez extinguere aspera queqz pro
eternis gaudijs tollerare blādimēta psperta-
tis ptēnere et aduersitatis metū p oia supera-
re. **Et** dicit notāter dñs. **Estote** fortes in bello
vbi nota fortitudo non solum est in stando sed
etiā in fuga. qz apud bellicosos qvis fuga cōi-
ter videat inhoneſta. tñ aliquando inuenit lau-
dabilis. vñ si esset aliqd qui sciret simul fugere
et pugnare notabiliter bene faceret factū suū.
Sicut enī legitur de tartaris ptra christianos
pugnātibus qui simul eqs insidentes fugiūt et
tñ insequētes a tergo sagittāt. **In** hac enī vita
bellū habemus q multos hostes q tñ non per-
vñ modū pugnandi nec vno genere vincere
possunt. **Nā** diabolus vincendus ē p resistentiā

et contra pugnas debet esse stabilis. quia dicit **Pe-**
trus i. j. can. v. c. **Diabolus** adversarius vester.
 tamquam leo rugiens circumit querens quem deuoret
 cui resistite fortes in fide. scilicet formata charitate
Sed caro et mundus vincunt per bone fuge pru-
 dentia ita quod vni tantum habemus resistere et duos ha-
 bemus fugere. De resistenda qua diabolo debe-
 mus resistere metrice dicitur. **Postis** non ledit nisi
 contemptus obedit. **Est** leo si cedit sistat quasi
 musca recedit. De fuga vero qua a carne fugit
 dicitur similiter metrice. **Cede** venus cedit iusta im-
 proba magis ledit. Si fugis veneris prelia tu-
 tus eris. De mundo vero constat quod per fugam vinci
 debet. **Exemplo** christi. proponentibus sibi mundi
 vanitatem cum eum volebant facere regem fugit in
 montem. **Ioh.** vi. figura ad hoc. **ij.** **Reg.** ubi
 legitur quod ille bonus miles filios tres **Parine** **Jo-**
ab **Abizai** et **Azel** euasit per fugam. tertium. scilicet. **Azel**
 euadere non potuit sed resistens occidit. quod etiam
 carnal voluptas est fugienda. vide supra. f. xiiij.
B. z. xxi. c. Quintum est quod habeat puritatem. et
hec puritas consistit in sapientia et castitate. Pri-
 mo enim debet esse aureus per diuinam sapientiam aut
 spiritalem. et dicitur notanter spiritalem aut diuinam
 sapientiam. quia sunt et alie due sapientie. scilicet
 mundialis et bestialis que sunt quasi denarii cu-
 pidi. primas videlicet mundialem habent cupidi et
 ambiciosi. De q. j. **1. cor.** iij. Si quis in se vos vult
 esse sapiens fiat stultus. et fit sapiens. scilicet. sapientia
 que desursum est. Sapientia huius mundi enim stul-
 tus est apud deum. Secunda videlicet bestialem ha-
 bent lubrici et voluptuosi. De quo **Roma.** viij.
Sapientia carnis iniuria est deo legi enim dei non est
 subiecta. hanc sequuntur voluptuosi qui totam suam
 sollicitudinem ad carnis delicias procurandas ap-
 ponunt. Tertia autem est spiritalis et facit animam
 hominis auream et deo acceptam. **Col.** j. Implemini
 cognitione voluntatis dei in omni sapientia et intel-
 lectu spiritali. Et **Iac.** iij. que desursum est sa-
 pientia. Primo quidem pudica. deinde pacifica
 per primam excludit sapientiam bestialem. per
 secundam mundialem que nunquam pacificatur. sed semper
 in tribulatione et in bello est. de hoc loquitur **Gre-**
gorius. x. moral. exponens illud **Iob.** xv. Deri-
 detur iusti simplicitas. **Iustorum** inquit sapientia
 est nihil per ostentationem fingere sensu verbo
 ope et sunt vera diligere falsa deuitare bona gra-
 tis exhibere mala libentius tolerare quam facere
 nullam iniuriam ultionem querere. per veritatem con-
 tumeliamque lucrum putare. hec iustorum simplicitas
 deridet et a mundi sapientibus fatuitas deputatur
Quid enim in mundo stultius quam amissa non querere
 possessa sapientibus relaxare. nullamque acceptis
 iniuriis impatiencia reddere. imo ad nutum alijs
 patientiam prebere. q. d. nihil. hanc sapientiam

spiritaalem habent solum illi solidi et virtuosus in
 quibus ipsa sapientia est doctrix per sapientiam. du-
 catrix per prudentiam. defensatrix per potentiam me-
 diatrix per amicitiam. moderatrix per iusticiam. Pri-
 mo igitur est doctrix per sapientiam. quod patet
Sap. ix. ubi dicitur de sapientia. Scit enim illa
 omnia videlicet necessaria ad salutem et intelliget. Se-
 cundo est dux per prudentiam. Est enim pruden-
 tia recta ratio agibilium unde ad prudentiam per-
 tinet bene consiliari circa totam vitam hominis et be-
 ne eligere. quia sine prudentia nullus potest habere
 virtutem moralem. sicut docet **Aristo.** vij. eth.
Et quantum ad hoc dicit **Salomon** ubi s. Deducet
 me in opibus meis sobrie. i. mensurate secundum mensu-
 ram recte rationis. dicitur etiam sobrie quasi se-
 cum habens brachium. i. mensuram. Tercio sapientia
 est defensatrix per potentiam. et hoc tangit **Salomon.**
Et custodiet me inquit in sua potentia. **Sap.**
 ix. scilicet ab omni aduersitate. scilicet ne vitiose succum-
 bam. ideo dicit ps. Dominus custodit te ab omni malo.
 scilicet per sapientiam. Quarto est mediatrix per ami-
 citiam. et quo ad hoc dicit **Salomon** ubi supra
 et erunt accepta opera mea. Istud proprie christi
 facit homini qui est sapientia dei patris.
Nam per meritum christi omnia opera nostra sunt
 deo accepta. ad **Titum.** ij. Dedit semetipsum pro
 nobis ut nos redimeret ab omni iniquitate et mun-
 daret sibi populum suum acceptabilem sectatorem
 bonorum operum. Quinto sapientia est moderatrix
 per iusticiam. facit enim homines iuste regere subie-
 ctos et quantum ad hoc dicit **Salomon** ubi supra.
 et disponam populum tuum iuste et ero dignus sedum
 patris mei. Secundo puritas anime consistit in ca-
 stitate. est enim argentum album et significat albedi-
 nem castitatis aut puritatis quam homo accipit
 post baptismum aut post penitentiam quam debet
 tenere nec ultra se immundicie tradere. Stultus
 enim iudicaretur qui vestibus albis indutus in
 lutum se prosterneret spontaneus et talis est luxu-
 riosus. propter quod dicit ps. Nolite fieri sicut
 equus et mulus quibus non est intellectus. **Et** qui
 dam sapiens dicit. Si homo libidinis feditate in-
 telligeret potius ad modum rane ad finem vite sue
 si possibile foret in fimo lateret quam se illa fedaret
Si igitur talis denarius fuerit summo rege ac-
 ceptus eris. **Et** dicit finaliter. Pate deo quod dei
 sunt. Quod nos ut audire mereamur procedat no-
 bis pater et filius et spiritus sanctus.

Domínica. xxiiij. post trini. sermo. j.

De quente ie-
 su ad turbas ecce princeps vnus
 accessit et adorauit eum dicens. Domine filia mea mo-
 554